UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

S. Odilo Abbas. Cura defunctorum

[Köln], [1654]

S. Athanasius Episc. Constantia inter pericula.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71907

Visual Library



S. ATHANASIUS EPISG.

Conſtantia inter pericula.

Domine Jeſu, qui pro tuæ divinitatis defenſione, ad Arianorum confuſionem, S. Athanasium invicta conſtantia roboraſti; ejus nos meritis à periculis animæ corporiſque defende.

Ora pro periclitantibus fidei cauſa.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ATHANASIVS, Alexandrinæ in Ægypto Eccleſiæ Diaconus, jam olim puerili ludo præſcitus fuit Epiſcopus. Hic Alexandro, à Synodo Nicena regreſſo, ſucceſſit an. 326. Divinitatem Chriſti contra Arianos, verbis ſcriptiſque & conſiliis, conſtantiſſime propugnavit. Mille inſidiis calumniiſque, ubiq; gentium impetita eſt vita ejus & fama, toto pene orbe terrarum in ejus perniciem conſpirante, primum ſub Magno Conſtantino, deinde ſub hujus filio Conſtantio, palam Ariano. Per Romanos Pontifices ſemel iterumque in ſuam reſtitutus Sedem, ſub Valente quoque & Juliano Imperatoribus vexatus, tandem tamen in pace quievit an. 371. A Græcis etiam 18 Januarii colitur, ob corpus tranſlatum Conſtantinopolim: unde ipſum an. 1454 Veneti tulerunt ad ſe, ac poſuerunt in S. Crucis, ubi hodiedum viſitur integrum.

In omnibus tribulationem patimur, ſed non anguſtiamur: perſecutionem patimur, ſed non derelinquimur. 2 Cor. 4.